# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Superbia ae
cum fonte primo

Cum is qui de terrena prius gloria superbiebat postmodum de sanctitate extollitur, nequaquam cor eius elacio deseruit sed ad eum consueta ueniens ut cognosci nesciat, uestem mutauit.

Gregorius ibidem (in moralibus).

Nam cum is qui de terrena prius gloria superbiebat postmodum de sanctitate extollitur, nequaquam cor eius elatio deseruit, sed ad eum consueta ueniens, ut cognosci nequeat, uestem mutauit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 34, 23 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1768, ll.71-74).